

Catalogus Praelectionum Publice Et Priuatim In Academia Fridericana ... Habendarum

SS 1765 : Catalogus Praelectionum A Professoribus Et Doctoribus Academia Fridericianae Buetzoviensis Publice Et Privatim Per Aestatem Anni MDCCLXV. Habendarum

Buetzovii: Typis Johann. Gotth. Fritzii, 1765

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1784951641>

Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





J. 594.8

~~A-1259(1) b.~~

P. 1765

CATALOGUS
PRAELECTIONUM
A
PROFESSORIBUS
ET
DOCTORIBUS
ACADEMIAE FRIDERICIANAE
BUETZOVENSIS

PUBLICAE ET PRIVATIM
PER AESTATEM
ANNI MDCCLXV.

HABENDARUM.



BUEZOVII
TYPIS JOHANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.
ET ACADEM. TYPOGR.

M-1259(1) 6



PRAELECTIONES THEOLOGORUM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Confil. Ducal. Confil. præterquam quod quæ ex prælectionibus *DOGMATICO-POLEMICIS*, ad auditorum rationes summo studio accommodatis, restant, separatis horis absolvet, *EASDEM* prælectiones in gratiam novorum supervenientium commilitonum, Hor. XI--XII denuo capeffet. Si qui præterea fuerint, qui aut *HERMENEVTICAM S.* aut *INTRODUCTIONEM HISTORICO-THEOLOGICAM* in Libros ecclesiæ nostræ symbolicos tradi sibi cupiant; studiis ipsorum haud deerit.

D. GOTTHILF TRAU GOTT ZACHARIAE, S.S. Theol. Prof. P. O. lectiones hibernas dogmaticas, morales & polemicas proxime ad finem perducere sedulo operam nauabit, de lectionibus vero nouis aestiuis ob rerum suarum rationes, non ab arbitrio proprio, sed a nutu & directione superiori pendentes, promittere nihil potest, nunquam tamen, quoad per vires occasionisque diuinitus datas licebit, otiosus futurus.

JURIS-

JURISCONSULTORUM.

D. ERN. JO. FRIED. MANNZEE, DUCALIS Consil. & Juris Prof. Ord.

Nisi Deo aliter fuerit visum, per æstatem, hujus anni, Continuabit & propediem absolvet *Collegium Pandectale, theoretico-practico-literarium*: Novumque tale, juxta seriem & methodum sibi arbitrariam, atque combinatoriam, si qui dabuntur, æque cupidi, exordietur.

Invitat, si qui erunt ambientes, ad *Lectiones*, sub rubro: *Jureconsultus Mecklenburgensis*, tam in *Feudalibus*, quam in *Civilibus*, *Processus arcens*, *tractans & dirimens*. Conferet, undique & ubique, mediante patriorum oculari inspectione, *Jura Communia, Romano-Germanica*. Ad manus erunt, sua projecta, ad Jussum Clementissimum, facta, tam des *Meckl. Lehn*, quam *Che-Rechts*, item impressa dudum, s. r. *Jus Meckl. matrimoniale & Jus crim. Meckl.*

Promittit, *Lectiones Juris Feudalis, communis, Imp. Rom. Germ. & Meckl. ad Wolfium, Fleischerum, Struvium, Hellfeldium aliosque.*

Dabit, iterum, bonis conditionibus, *Horas diplomaticas & Horas Oeconomico-Camerales*, & quidem has, per modum *Societatis*, O. O. Viros admittentis, s. r. *Meckl. Cameral-Policey-Cammerey-und Oeconomie-Gesellschaft.*

Docebit, *Practicam Practicatam* & adornabit, denuo, *Conventus disputatorios*. Deus annuat laboribus & floreat Acad. Friedericiana Bützoviensis.

ADOLPH. FRIED. TRENDELENBURG, AA. LL. M. Ph. & I. V. D. huiusque P. P. O. Si qui sunt, qui sua institutione uti cupiunt, eos more suo omni, quo poterit, studio ducet ad limpidissimos fontes prudentiæ tam iuris naturalis, quam civilis. Quos quidem ut iis aperiat, qui sua voce erudiri volunt, docebit 1) hora IX summi generis humani legislatoris præcepta iusti & æqui hominibus a natura insita, commenta-

turus ad L. B. *DE WOLFF Institutiones iuris naturae & gentium*, 2) horis legitimis nempe X & II omnem iuris romani prudentiam, tam venustam eam & elegantem antiquitatis & historiae lumine illustratam, quam debellatam & ad fora Germaniae traditam, *BOEHMERI Introductionem in ius digestorum* continua commentatione explicaturus, 3) hora XI prima legum lationis romanae & imprimis quoque eius, quae Iustinianum Imperatorem antecedit, rudimenta, *HEINECCIi elementa iuris civilis secundum ordinem institutionum* interpretaturus. Erelucioribus quoque ingeniis & ad praeclara quaeuis adnitentibus in *disputationibus* de rebus ad iurisprudentiam omnem aut philosophiam spectantibus recte riteque instituendis non tantum ducem se offert parati simum, sed rogat quoscunque hac adpellatione dignos, ne committant, ut contentus harum exercitationum, quae a quouis artium liberalium studioso solent quam maxime expecti, iis ipsis opprobrio sit. Neque deerit iis, qui malint sua qualicunque opera uti in docenda alia iuris nostri parte, imprimis ea, quae de *criminibus* praecipit, aut qui in *arte dialectica*, aut philosophia prima, quam *Metaphysicam* dicunt sua voce iuvari posse credunt. Denique, ne quid omittat, quod saepius, sed frustra, commendavit, iis, qui se duce operam in *historia iuris civilis romani*, aut *antiquissimis Romanorum institutis* ex lege lata moribusque ortis penitus cognoscendis collocandam non omnino perditam censent, omne studium ex fide adhibendum spondet, promittitque.

HERMANNUS BECKER, LL. D. & P. P. O. in laboribus, pro officii clementissime sibi demandati ratione, per instans semestris aestivum, legum cultoribus in hac nostra Fridericiana dicandis, offert manu ductionem

1) in iurisprudentiam privatam allodialem civilem ad ductum compendii pandectarum Illustr. Schaumburgii.

2) in iurisprudentiam ecclesiasticam secundum principia iuris canonici, speciatim iuris ecclesiastici publici & privati germanici celeb. Böhmeri.

3) in

3) in iurisprudentiam criminalem, in exponendis institutionibus iuris criminalis a Consult. Dno. Kochio editis.

4) in iurisprudentiam feudalem, secundum elementa Consult. Helfeldii. Et denique

5) in iurisprudentiam publicam, praeunte Illustri Dno. Püttero in suo edito compendio.

atque commilitonibus generosis & nobilissimis electionem relinquit, an & quos ex hisce laboribus officiose oblatis exigere velint.

MEDICORUM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING absolutis praedictionibus publicis in BUECHNERI Fundamenta Materiae Medicæ, dogmata Medendi Methodum complectentia, horis solitis, per instans semestre æstivum tradet. Privatum laborem insumet in Pathologiam specialem, Dnn. Auditorum arbitrio permittens, quo Authore uti velint.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Anat. & Chir. P. P. O. Hora X--XI. functiones corporis humani ad ductum institutionum physiologicarum b. D. Loefecke exponet, insuperque hor. II--III. Chirurgiæ studiosos manu medendi artem docebit.

PHILOSOPHORUM.

PAULUS THEODORUS CARPOW, D. Orientaliumque P. P. O. C.

1.) *Publice sive gratis,*

1.) Collegium instituet *Fundamentale Harmonicum Linguarum Orientis*, Hebræo-Biblicæ, Hebræo-Rabbinicæ, Chaldææ, Syriacæ, Samaritanæ, Arabicæ, *hora pomeridiana 4--5.*

* 3

2.) Col-

2.) Collegium Biblicum Interpretatorium continuabit, finitisque Praelectionibus in PSALMOS, ad Explicationem Prophetiae JESAIANÆ, progredietur. Neque deerit

II.) Collegia ambientibus Privata aut Privatissima, in una vel altera Lingvarum supra nominatarum, quibus addit *Judeo-Germanicam*, atque *Turcicam*, ut & *Antiquitatibus Hebraeorum*. F. D. F!

ANGELIUS JO. DAN. AEPINUS, *Phil. Pr. O. & Consil. Aul.* ob clementissime demandatum negotium civibus academicis operam suam hoc semestri praestare nequit: finito autem illo, quod eum detinet, labore, ad acroases suas reversurus est.

M. WENCESLAUS JOANNES GUSTAVUS KARSTEN, *Math. P. P. O.* hor. VIII--IX. *Mathesin Theoreticam Elementarem*, ac hora II--III. *sublimiorem* docebit secundum praecipua in *Mathesi sua Theoretica* exposita. Hora praeterea X--XI. *Mathesin Applicatam Cel.* Kästneri interpretabitur, ac denique hora XI--XII. *Astronomiam* docebit, cum *Geographia mathematica* conjunctam.

EOB. TOZIVS, *Hist. Prof. P. O.*

Hora X. praeleget *Historiam Imperii R. G.* secundum Illustris PÜTTERI compendium, quod inscribitur *Grundriß der Staatsveränderungen des teutschen Reichs*, cuiusque novissima editio anno praeterito 1764. typis euulgata est.

Deinde propositum ipsi est res in Europa pace belloque gestas ad filum libri ACHENWALLIANI: *Geschichte der heutigen Europäischen Staaten im Grundrisse*, enarrare selectisque observationibus illustrare, & denique

JO. JAC. MASCOVII *Principia Iuris Publici Imperii R. G.* explicare.

Horas his & *Historiae Europaeae* praelectionibus destinandas e tabula publica significabit.

OLAUS GERHARDUS TYCHSEN, *LL. OO. P. P. O.* H. VII. *mat. in Jeremiae & Ezechielis vaticinia cursorias instituet.*

tuet lectiones. H. IIX. *Nou. Test.* ex fonte graeco explicabit.
h. IX. *Fundamenta ebraea*, qua consuevit methodo, horum cupidis sternet. h. XI. *Pentateuchi graecam translationem* cum Ebraeo contendet. h. II. p. m. *historiam litterariam orientalem* enarrabit. h. III. *Dialectum Rabbinicam s. Arabicam*, ad ductum libellorum a se editorum, eupientibus tradet, neque eorum deerit desideriis, qui in amoenissimos fertilissimosque literaturae orientalis campos, se duce ac comite, exspatiari cupierint.

JO. NIC. TETENS, Physices Prof. P. O. perget b. c. D. in explicandis *Metaphysices* dogmatibus, & *Physicam-theoretico-experimentalem*, ad ductum ill. *Segneri* de nouo docebit; nec non *Logicam*, commentaturus vel b. *Corvini*, vel, quod magis amat, cel. *Reimari* compendium.

Praeclarum etiam b. *Gesneri* libellum, cui titulus: *Isagogae in vniuersam eruditionem* duobus ex septem diebus hora, quae placeat, commentandum offert.

Nec deerit, si qui sint, qui in aliis Philosophiae partibus, e. g. in *Philosophia Morali*, vel in ea, quae de pulcro cogitandi dicendique genere praecipit, *Aesthetices* nomine veniens; vel in *historia Philosophiae* operam suam acquis conditionibus possulent.

DOCTORUM PRIVATORUM.

J. M. MARTINI, LL. D. absolutis laboribus hiemalibus, novas denuo Commilitonibus suavissimis offert praelectiones, per proxime sequens semestre aestivum habendas.

hora VII--VIII matutina historiam iuris ad librum Dn. de Selchow.

hora VIII--IX historiam Mecklenburgicam.

denique

hora XI--XII ius germanicum praecunte Dn. Eisenhardt explicare paratus erit.

M.

M. S. S. WITTE per instans semestre aestivum aeternas naturae leges, hora IX--X, ad filum *Compendii Darjesiani* interpretabitur; sicuti iura quibus respublica continetur, modumque quo regi debet, duce eodem, in *Jure civili*, eius *universalis*, hora auditoribus commoda explicabit.

Artem cogitandi itidem, uti eandem *Illustris Darjesius*, in *Via ad veritatem* exhibuit, hora VII--VIII. docebit, atque eodem praecunte, in libro, quod: *Die Philosophische Sittenlehre*, inscribitur, morum disciplinam, quam Ethicam philosophicam vocant, hora sua, tradere conabitur.

J. G. a CONVENENT, S. S. Theologiae Candidatus, Divina favente Clementia per instans semestre linguam Gallicam docebit. Atque non solum praecpta hujus linguae fundamentalia explicabit, sed etiam artem loquendi, scribendique gallica tradet.

* *


*

Qui praeterea corporis exercitiis operam navare cupiunt, magistros quoque habent artium eo pertinentium peritos.

P. P. *Bürzovii* circa Festum Paschatos A. MDCCLXV.







the scale towards document

IIX. *Nou. Test.* ex fonte graeco explicabit. *braea*, qua consuevit methodo, horum cu-
XI. *Pentateuchi graecam translationem* cum
h. II. p. m. *historiam litterariam orientalem*
Dialectum *Rabbinicam* s. *Arabicam*, ad du-
te editorum, eupientibus tradet, neque eo-
is, qui in amoenissimos fertilissimosque lic-
campos, se duce ac comite, exspatiari cu-

ETENS, Physices Prof. P. O. perget b. c. D.
physices dogmatibus, & *Physicam-theoreti-*
ad ductum ill. *Segneri* de nouo docebit;
commentaturus vel b. *Corvini*, vel, quod
imari compendium.
etiam b. *Gesneri* libellum, cui titulus: *Isa-*
eruditionem duobus ex septem diebus hora,
nentandum offert.

si qui sint, qui in aliis Philosophiae partibus,
Morali, vel in ea, quae de pulcro cogitandi
praecipit, *Aesthetices* nomine veniens; vel
tae operam suam aquis conditionibus po-

TORUM PRIVATORUM.

TINI, LL. D. absolutis laboribus hiemalibus,
militonibus suavissimis offert praelectiones,
is semestre aestivum habendas.

VIII matutina historiam iuris ad librum Dn.

IX historiam Mecklenburgicam.

XII ius germanicum praecunte Dn. Eisen-
tus erit.

M.